



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniae, 1622**

Christum in S. hostia, & c. 178

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44900**

lacrimas potuit erumpentes ab-  
stinere: & lingua diu aliud loqui;  
& aliud cogitare mens requirit,  
quã quod insperato vidisset. 177  
Conatus aliis interim aliisque si-  
militudinum vmbriis, rei prodi-  
gium explicare, audientes in stu-  
porem rapiebat. Certè confestim  
super illo argumento cõmentari  
incepit; ab eo tempore nunquam  
visus perspicuis cognitionib. de  
natura, deque illo Triadis arca-  
no destitui. Quin scriptum in ta-  
bulis diurnis reliquit: pluriũ an-  
norum studio, se ad luculentiorẽ  
scientiam non fuisse euasurum:  
neque maioris lucis in hac mor-  
talitate capacem, quã quãtam  
ab eo viso hausisset. Alio quoque  
tempore, repræsentedatus illi est  
modus, quo DEVS orbem ex ni-  
hilo quondam procrearat. 178  
Tum in S. Dominici cœnobio,  
cũ Sacris litaretur, ipsaque demũ  
hostia



hostia attolleretur, claro mentis obtutu, Christum vidit, sub illo panis velo latitatem. Quem eundem & alibi sepè ac diu, exterioribus oculis: vii & beatissimam eius Matrem Virginem habuit inrueri. Neque Manresæ id solum, sed in suburbano etiam Parauij ac Hierosolymæ, locisque compluribus. Olim Manresa egressus, templum petebat, quarto inde lapide dissitum. 179 Ibi interiuncto itinere, consedit propter amnem in crepidine, ac, defixis in vndas oculis, irradiari cæpit insolenti luce: neque vlla imagine occupatus, fidei quædam arcana, disciplinarumque scita penitissimè cognoscere; vt proinde quæ ante vidisset, tunc ei lōgè diuersissima videretur. 180 Sed illud fuit haud paullo memorabilius, quod itidem Manresæ contigit. Die quodam Sabbato, sub horam vltima-

tin  
fe  
od  
sep  
di  
de  
nil  
ter  
ea  
vt  
tu  
I  
co  
qu  
xe  
cep  
no  
me  
cul  
ob  
cru  
cij  
mi  
S. c